

realiter & non sicut habeatur pecunia illa pro redemptione illius census, & ejus redemptio cessavit: quia amicus ille petiit sibi dari, & quod indemnem servavit censuram a principali sorte & censibus decurtatis, & ex dictis per Vegam in Sylo. cas. conf. lib. 1. casu 18. & per Rebut. in rep. l. uni. C. de sent. qua. pro eo. quod interest. num. 2. f. & in gl. par. dupli. num. 29. & Rolan. valle. conf. 35. in no. 11. cum 4. segg. vol. 1. promittiturque indemnitas ad sortem & usuras tenetur ut per Dec. conf. 552. num. 7. & ad omne interesse & lucrum, secundum Alexandr. conf. 132. vol. 4. & conf. 199. num. 7. & dicta per mo. 144. 1. num. 24. tit. 6. lib. 8. infra. l. 2. num. 2. & 4. tit. 26. lib. 8. infra. Et alia dimidia. Para. gaffo de justitia, & obras pias. Solet applicari secundum, quod iudici videbitur, & hac dico ne intelligat lector legislatorem in hoc capitulo velle, ut pena arbitraria iudex, sibi partem ferat, vel dividat, secundum quod in hoc capitulo distribui jubentur pena in praesenti expressa pragmatica.

**I**bi, que todas las personas pecuniarias. Intelligit de expressis in capitulis hujus pragmatice: nam in capitulis, ubi pena non est imposita, si neque per aliam juris dispositionem reperitur expressa, ac imposita, erit pena arbitraria, contraveniens puniendus: quia ubi jus non definit penam, remanet in arbitrio iudicis, & cum arbitraria est pena, si pecuniaria imponitur, dimidia ejus pars debet fisco applicari, ut diximus in l. 2. num. 2. & 4. tit. 26. lib. 8. infra. Et alia dimidia. Para. gaffo de justitia, & obras pias. Solet applicari secundum, quod iudici videbitur, & hac dico ne intelligat lector legislatorem in hoc capitulo velle, ut pena arbitraria iudex, sibi partem ferat, vel dividat, secundum quod in hoc capitulo distribui jubentur pena in praesenti expressa pragmatica.

**Capitulum Decimum sextum.**  
Judices tenentur legem istam in executionem mandare, sub pena ibi imposita.  
Constitutiones, seu statuta civitatis, vel populi, an sint ante confirmationem consilii Regis servanda, bene interpretantur.

**I**bi, que las justicias tengan cuenta que esta nuestra ley sea cumplida, & executada. Sic etiam per l. 2. C. de cond. in pub. hor. injungitur iudicibus, ut curam habeant annonae publicae, & ejus domorum, & faciunt verba legis C. ne sanctum Bay. veniretur ibi, quae omnia ista custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat relatum ad se crimem innoti, aut nulli correctioni mandari, nisi ipsi idem pati velit: quod alii dissimulando concesserit, & is tota ista lex & pragmatica remanet satis commentata, ac declarata. Solum habens notare pro complemento ad cap. fin. dum dicit, quod ordinationibus, si quas populi habent contrarias hanc legi & pragmaticae, non debent eis uti, nisi prius videantur in consilio, & hoc tam in depositis factis a civitatibus & populis, quam in

in relictis a particularibus personis, ut in Castillo in sua Politica. lib. totio cap. 21. 57. num. 1. aliquid vellet annonas a particularibus personis relictas: nam idem, quod in aliis civitatibus lege nostra attenda esse credo, cum nemo possit facere quin leges in suo testamento locum habeant. l. nemo de legat. primo; & quia lex nostra in hoc cap. generaliter loquitur, neque restringitur per prociuum estus, cum estus ratio generalis non debeat restringi ad deposita civitatum tantum, sed omnia deposita quae frumenti pro communi & publica utilitate relinquuntur per particulares personas comprehendit lex nostra. Item erit hic unus casus specialis in quo ordinationes ac statuta populorum etiam concurrentia bonum eorum commune absque Regia confirmatione non sunt exequenda, quae quidem specialitas regulam videtur constituit in contrarium, in confirmationem meam, & de iure nostro maxime Regio verioris conditionis regulariter similia statutorum observationem non requirit confirmationem Regiam, sed quia auctoritate Regiae & additorem ejus aliquantulum praesudicari videbatur, secundum aliorum iudicium (non vero secundum meum) quia eorum sententia spectabatur declaratoria, an essent iusta, vel non talia statuta, ut sic observari juberentur, si minus tolerentur, Regia provisio solet dari ut interim quod non confirmatur, non observetur.

**IN LEGEM VIGESIMAM PRIMAM.**  
Civitates, villa & populi non sunt spoliantes vicis, terminis & locis nisi praevia citatione, aliter enim restituendi sunt.

**SUMMARIUM.**  
1 Civitates, villa & populi habent fundatam suam intentionem intra terminos sui districtus.  
2 Occupans terras publicas iniuste censetur occupasse.  
3 Civitates an possint compromittere super terminis suis sine Regis licentia.

**I**bi, estando en posesion de los no sean despojados, habent etiam civitates, villa & populi fundatam suam intentionem intra terminos sui districtus, postquam termini sunt divisi, ut inquit Avend. cap. 4. par. num. 3. in prim. lib. 1. & sic alius possidens terras has praesumitur eas occupasse iniuste & de facto, & nisi ostendat titulum, cogitur ad restitutionem possessionis, qua quidem detentor ipse civitatem vel villam spoliarit, secundum Avend. ubi supra. numero 10. ubi inquit quod in hoc casu, si de spolio cum violentia constiterit, non loquitur lex de Toledo 3. titulo 7. infra isto lib. neque auditur volens docere de titulo, sed ante omnia restituere debet, secundum tex. in praesenti, cum in finalibus verbis dicit, sean restituidos sin alargamiento.

10 de audiencia y jaysa. nisi notorie constaret in continenti de titulo spoliantis, procedendum quod dixi in l. 2. gl. pen. tit. 13. lib. 4. supra, & de iis etiam aliqua dixi l. 1. tit. 4. de las prescripciones, eodem lib. 4. dum de iis terminis civitatum differimus aliqua, sed an fas per iis terminis possit & compromitti per civitate...

tes & villas sine licentia Regis, vide h. mag. nam, in l. 24. tit. 4. p. 3. ubi, fin. que sean limitadas y oydas, nullus enim etiam detentor debet se sui privati, nisi prius audiatur, ex tex. & ibi Doct. in cap. licet Episcopus de praeb. in 6. & ubi dixi...

**TITULUS SEXTUS.**

**Del repartimiento que pueden hazer los pueblos, y de la quiebra que se ha de hazera los lugares despoblados.**

**SUPERIORE** titulo dictum est de propriis civitatum, villarum & populorum, & quia in defectum eorum propriorum pro aliquando collecta communis pro subveniendis necessitatibus communibus & publicis, nunc consequenter subsequitur titulus noster ponens formam & modum circa haec observandum.

**IN LEGEM PRIMAM.**

Concilia ad quam usque summam in defectum propriorum possunt dividere ad subveniendas necessitates communes & publicas sine pena, & quam penam incurrunt contra facientes absque Regia licentia.

**SUMMARIUM.**  
1 Civitates imponere collectas non potest quia est de regalibus, nisi pro suis necessitatibus ut num. 2. ubi quid sit hodie. num. 4. ampl. & num. 6.  
2 Usque ad tres mille morapetinos potest sine Regis licentia imponi collecta etiam per viam ad regalia in pane vel vino aut vinulibus ad limitationem l. 16. tit. 18. lib. 9. infra prohibentem imponi istam.  
3 Collecta iam acquisita bene potest prescribi.  
4 Licentia praesumpta non sufficit ubi expressa requiritur.  
5 Limitatur legis nostre conclusio quod ultra tres mille morapetinos non potest imponi collecta sine licentia Regis aliquibus modis.  
6 In Francia idem quod in nostra lege est statutum.

1 bene poterat imponere collectam, ut notat Bart. in l. 1. C. de superinducto, & in l. 1. C. de mul. & in quo loco lib. 10. & concludit Alex. multa allegans in l. si non abralit. ff. de re jud. & hoc de jure communi esse indubitatum allerebat Cassan. in conf. Burg. rubric. 1. §. 4. in glof. & senes. num. 47. & Afflictis, & Grammaticus, relati per Avend. cap. 14. par. n. 2. in p. lib. 2. ubi ampliabant etiam pro necessitate vicorum, & aliorum, qui sunt intra provinciam; Ego tamen etiam de jure communi id non ita indubitatum video, sicut allert Callan. & sequaces ubi supra: nam Sicut. in c. pervenit, de immu. Eccles. col. 7. tenebat, quod civitas etiam pro utilitate publica non poterat imponere collectas, ex l. un. c. de superinducto lib. 10. & ibi Bar. Alex. & Jacob. Rebut. sed pro necessitate civitatis bene possit, & idem in provincia tenebat Bart. Imol. & Rebut. in ca. 6. un. C. de superinducto lib. 10. & in l. un. C. de mul. & in quo loco, & in l. Placet, de xco. ma. lib. 19. idem Ang. Bar. Bald. & Modera. l. 4. §. affer. ff. de re jud. & ibi Jo. de Imol. & Bald. in l. etiam. C. de exec. rei jud. & glof. & Bar. in l. 1. §. quod si nemo ff. quod cuiusque univ. nom. & per eundem Bar. in cons. punctis questionis talis est, quidam nomine, & facit quod notat Innocen. in c. gravem de sent. excom. per Ang. in Authen. qui man. ff. sui. §. si quis igitur in 2. & in praesentibus, actor, Bal. in l. civitas ff. si cer. per. propter quod Jacob. Rebut. in d. l. un. C. de superinducto, formans questionem in consiliis, rem distinctione concordare volebat, scilicet, quod aut consules volunt facere collectam propter necessitatem, sine qua non possunt perire, re suam administrationem, ut puta propter

litam vel debitum exsolvendum, & tunc possunt, ut in d. l. 1. ff. quod cuiusque uni. nomi. cum glos. aut propter publicam utilitatem, ut quia volunt constituere salarium Medico, vel Advocato, & itidem possunt, ex l. ambrosia. ff. de Decret. ab ord. faci. & l. uni. C. de Decret. Decuri. lib. 10. aut volunt facere collectam propter ludos, vel pro novo adventu Principis, & non possunt, ut l. 1. C. de praebend. sala. quod intelligit invitis & nolentibus, ut in l. 1. C. de spectaculis lib. 11. & hoc esset verum, nisi consuetudo esset in contrarium, tamen ut alicui donaretur, non poterat imponi collecta, secundum Bar. in praedictis locis, quia esset decretum ambitiosum, ex d. l. ambrosia, neque itidem pro utilitate publica totius Imperii, nisi cum licentia Principis. l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque univ. nom. & ibi Bar. & in l. 1. C. de muli. & in quo loco. l. uni. C. de superinducto. Angel. de Clavasio, in summa, §. tallia. vers. 2. & seq. quos omnes ad hoc allegat additio capella Tolosa. q. 347. & distinctio Jacobi Rebuffi etiam de iure communi refutari possent, ita ut res haec esset in conflictu opinionum, hac de causa lex nostra ut opinio sedaret, processit disponendo, quod usque ad tres mille morapetinos possunt iudex & consules civitatis collectam imponere in civitate, & vicis itidem cum consensu iudicis & consulum civitatis, cui subsunt ex lege sequente, ultra vero tres hos mille morapetinos nullo modo sine Regis licentia pro nulla necessitate pro nullavē causa potest imponi collecta, ut vides ex iis legibus notatis, & sic in parte approbatur & in parte corriguntur opiniones Docto. ut inquit Avend. ubi supra numero. 4. & istas leges inquit optime, quod usque ad hos tres mille morapetinos non solum imponi potest per viam collectae sed etiam si sine in pane, vel vino, vel in aliis victualibus, & sic limitabis l. 118. tabellarum transcriptam, in l. 16. tit. 18. lib. 9. infra prohibentem imponi solum, nam procedit quoties ultra hos tres mille morapetinos imponenda esset, secus vero si usque ad eos, ex text. nostro, qui tanquam specialior declarat generalem illius l. 16. dispositionem, prout tenet Avend. ubi supra, & bene, quae quidem nostri text. conclusio ampliatur primo, ut consuetudo etiam immemorialis contraria nihil opiteatur, & ex lib. 25. tit. 6. lib. 3. supra, reprobante contrariam consuetudinem, quo casu etiam immemorialis reprobata censetur ex dictis per nos in l. 3. tit. 1. lib. 2. supra & tenet in nostrum propositum Aviles, in cap. 24. prat. glos. o prescripcion numero 10. & Avend. dist. cap. 14. numero 5. lib. 2. ubi inquit ex hoc corrigi dicta Bart. & Alex. ibi relatoeum contrarium volentium; non tamen negatur secundum eum, ibi eo numero. 5. in fine, quia collecta iam acquisita & alicui debita prescribi non possit, quia bene poterit per Bar. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publ. & velleg. secundo ampliatur nostra text. ut etiam si sit casus in quo Princeps aditus concederet collectam, adhuc tunc non licet

civitati ultra taxam nostri text. eam imponere, & quia sola opinio, quod Princeps eam concederet, non est iusta concedendi causa, ut excusetur à pena concedens, quia non sufficit licentia praesumpta, ubi expressa & requiritur, ut hic, ex communi asserta per Corser. in sig. verbo, licentia, & tenet expresse Avend. in d. cap. 14. numero. 6. tertio ampliatur nostra lex & conclusio ejus, etiam si pro donando principi in adventu, vel quolibet alio casu, non licet excedi meta nostri text. ut tenet Avend. dist. numero 6. vers. tertio extendendo, & Aviles cap. 34. prat. glos. fin. noster licentia. numero. 1. limitatur & tamen nostra lex & ejus dispositio quatuor modis à me propositis in dist. lib. 25. tit. 6. lib. 3. supra & quatuor modis limitabat eam Avend. dist. cap. 14. numero 7. 8. & 9. qui si bene inspiciantur non sunt omnes limitationes, quia exceptio debet esse de regula, quia prima limitatio & tertia ibidem propositae, cum alicui homines particulares non per modum concilii, sed inter se ad aliquem bonum finem se congregant & ad illum implendum finem aliquid de suis pecuniis aut bonis contribuant, haec non sunt limitationes nostrae legis, quia lex nostra loquitur, quoties civitas, villa aut populus se congregant ad collectandum ceteros vicinos, & hoc est differens à dictis duabus limitationibus: Item & quartus casus ibidem ab Avend. propositus in numero. 9. scilicet, quod possunt compelli cives aliqui divites mutare civitati pro subveniendi aliqua necessitate, neque itidem hic est casus nostri text. quia hic omnes vicini collectari prohibentur ultra metam hic taxatam sine licentia Regis, ut & semel collecta soluta nihil amplius teneatur concilium eis solvere, in casu vero Avendani, non collectantur omnes, sed unus aut duo divites, & id quod mutant, est ipsi postea solvendum, & sic male hos tres casus pro limitationibus nostri text. ibidem Avenda. consideravit, licet veri sint in suis terminis: Secundus vero casus ibi per eum constitutus n. 8. scilicet ob magnam & eminentem necessitatem, haec est vera limitatio ad legem nostram, quam & posui in d. l. 25. & sic non dantur ultra illas tres aut quatuor limitationes ibi à me constitutas nostro text. in praesenti, & ultra ibidem descriptas reperi nunc aliam ex l. 41. tit. 13. lib. 8. infra, quam addes si praedictis in illa l. 25. per nos. Et item quod in nostra lege ut in Francia & asserbat Rebuff. 1. tom. consi. Fran. tit. de lite. obliga. artic. 2. glos. 1. numero. 80. & 81. & Carolus à Grassalis, lib. 1. regali. Franci. jure fin. vers. sic. jus in dicendi, pag. 300. in parvis.

## IN LEGEM SECUNDAM.

Nulla divisio fieri potest per statum tributariarum & plebeiarum nisi praesente iustitia & rectoribus populi civitatis aut villa illius, ubi status ille plebeiarum de per se universitatem constituit.

## SUMMARIUM.

- 1 Lex hac declaranda est per legem praecedentem.
- 2 Vici ubi solent per se contribuere, tunc poterunt inter se tres mille morapetinos impartiri. & num. 3. declaratur.

Ibi, nungun repartimiento, intellige legem hanc, cum divisio haec & partitio non est ultra tres mille morapetinos, secundum dispositionem legis praecedentis, non vero ut intelligas legem nostram velle derogare legi praecedenti, quia ei non derogat, sed nostra potius per illam & declaratur.

- 1 Ibi, Sin ser a ello presentes las justicias y regidores, idem notabat Bart. in l. omnes populi. quest. 1. ff. de iusti. & jure, & Avend. cap. 19. prat. numero. 10. lib. 1. ubi limitat, nisi vici legitime praescripserint contrarium, ut & per Ripam, de peste. 2. part. numero. 468. & probatur ex text. nostro in finalibus verbis. Item nota quod ex lege nostra videtur probari & clarius ex d. l. 25. tit. 6. lib. 3. supra quod ubi vici & sic loca civitati aut villae subiecta locentur per se contribuere, tunc poterunt impartiri se haec tria milliaria morapetinorum distribuere, secus vero alias, quia tunc non possent, sed una cum eis & villa vel civitate esset haec partitio & contributio faciendi hogram trium mille morapetinorum, ubi vero vici solent per se imponere collectam, tunc civitas, vel villa poterit imponere civibus suis tres mille morapetinos, & vici ei subiecti alios tres mille inter se, etiam si sint plures vici, non enim poterit quilibet vicus inter se illos distribuere, ut utrumque considerat Avend. d. cap. 14. prat. numero. 4. in princ. & num. 10. lib. 2. ubi in eod. numero. 10. querit, an vici petere poterunt, quod fiat divisio inter eos & civitatem aut villam, cui subsunt & dicit quod non, sine auctoritate superioris, aut consuetudinis, ut ibi per eum, & vide glos. por lo. in l. 20. tit. 32. part. 3. an vici possint reclamare male fuisse factam distributionem.

## IN LEGEM TERTIAM.

Reparaciones murorum, & eis adiacentium civitatis, aut villa quibus expensis sint faciendae in casu in quo pro talibus reparacionibus est imponenda aliqua collecta.

Ibi, quando se oviere de hazer y repartir algun repartimiento, notanda sunt verba haec, ut scias, quod quamvis repartitiones haec sint faciendae, non semper est imponenda collecta vicinis & habitatoribus, sed tunc demum cum deficient propria civitatis & villae, tunc enim eis deficientibus si collecta imponatur, contribuent in ea civitas, vel villa, & omnes vici ei subiecti, secundum quod dixi in l. 2. tit. 5. lib. 6. supra.

## IN LEGEM QUARTAM.

Pro locis desertis alicujus civitatis aut villa quo modo collecta est imponenda aliis non desertis, & itidem si iterum populentur, quid fiet.

## SUMMARIUM.

- 1 Casus specialis est iste ubi vicini noviter venientes contribunt pro tributis praeteritis, ubi vide an id probet.

Ibi, mandamos, hanc legem & dispositionem allegat in suo casu novissimè Lafarce, de decima venditio. cap. 4. numero. 42. lib. 1.

Ibi, Vivieren en ellos tantos vecinos poblados, hic est casus specialis ubi vicini & noviter venientes contribunt pro tributis praeteritis tempore aliorum vicinorum contractis, cum regulariter de iure aliud sit, ut dixi in l. 10. tit. 14. lib. 6. supra, quod tamen si bene consideras, lex nostra non probat, sed potius contrarium, nam tributa praeterita & debita antequam tales vicini popularentur loca haec deserta, non tenentur vicini novi populatores solvere, sed illa tantum, quae post populationem decurrunt prout deducitur ex illis verbis, que ellos sean obligados a lo pagar de alli a delante, ergo non includuntur tributa praeterita usque tunc decursa, sed abinde decurrenda, & per consequens non probat lex nostra casum specialem contrarium, nisi dicamus, quod eo quod tributa haec habent dependentiam de praeterito, dicuntur praeterita, non tamen ut decursa ante populationem solvantur novi populatores, sed decurrantur populatione facta, licet habeant dependentiam à tributorum distributione antea facta. Et quid erit, si in populis regni sint aliqua loca diminuta & alia aucta, ita quod aequalitas antiqua non est conveniens, servabitur tunc dispositio legis sequentis, quae est ejusdem materiae, non tamen patet à quot annis & in quot annos esset ejus dispositio exequenda, ideo conveniret tempus assignare ut ejus dispositio verificari posset, & nunc & toties, quoties opus fuerit, quod quidem faciliter medebitur si regnum vel aliqua ejus provincia in Senatu regio id peteret, prout ex tenore legis sequentis colligitur. Et haec pro hoc titulo sufficient.

## IN LEGEM SEXTAM.

Tit. 6. cap. 98. Curiarum De Madrid. Anni 1595.

Ordo servandus in distributionibus & sibus faciendis & distribuendis inter vicinos populorum, hic apponitur.

Ibi, la ley segunda deste titulo. Ubi aliqua diximus, & lex nostra auget formam illius legis 2. ut ad minus cum iustitia in his distributionibus

tionibus faciendis ad sint duo populi rectores. Sed videtur superflue disponere legem nostram, duos ad minus Rectores debere adesse iis distributionibus disponendo: nam cum illa l. 2. hic relata loquatur in numero plurali, duorum numerum requirebat, ergo non erat necesse in presentem legem condere super hoc: & revera ita est, nisi superfluitatem

hanc salvemus, ex eo quod lex nostra poenam addit contra facientibus imponendam, & ex hac additione superfluitas evitatur, vel quia lex illa 2. jam in defuetudinem venerat, & pro renovatione ejus lex nostra constituta sit, & de iis s'is, & distributionibus novissimè & late tradit Castillo, in sua Politica de Corregidores, libro 5. cap. 5.

## TITULUS SEPTIMUS.

### De los Terminos Publicos, y de dehesas, y montes, y pastos de las Ciudades, villas, y lugares.

**CUM** superioribus titulis dictum sit de propriis civitatis, villa & populorum, in quibus etiam pro vicinorum commo adesse solent exitus, defensa & prata publica, nunc consequenter subsequitur titulus noster.

#### IN LEGEM PRIMAM.

Termini, montes, exitus & hereditates conciliorum per aliquos occupata ipsi conciliis sunt restituenda, non tamen possunt concilia ipsa vendere, cultivare aut alienare ea, sed usui publico & communi sunt relinquenda, & si aliud est factum erit destruendum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Montes dupliciter designantur.
- 2 Montium usus omnibus communis est.
- 3 Termini à montibus differunt, & ibi declaratur quomodo dividatur terminus in terras baldias, & alias num. 4.
- 4 In usu & commoditate harum terrarum publicarum sive in pastu sive in agricultura consuetudo antiqua servanda est & deficiente consuetudine Rex adendum est pro ejus declaratione num. 5.
- 6 Regis proprium est pensare & statuere ordinem quo ejus subditi utantur in commoditate terrarum publicarum.
- 7 Regia licentia necessaria est ut usus terra publica mutetur in alium usum & 13. & 16.
- 8 Bona publica civitatum & populorum qua & qualia & 9. & 10.
- 11 Forma legis de Toledo servata circa restitutionem terminorum publicarum exequatur condemnatio sine obstaculo appellationis, non vero alias.
- 12 Limitationes legis nostrae remissive.
- 14 Alienationis verbo quid contineatur.
- 15 Ubi solum de venditione sit mentio, non comprehenduntur alii contractus.
- 16 Rex est administrator bonorum publicarum

in vendendo, pignorando, & alienando ea. Regis licentia an requiratur in compromisso faciendo super rebus civitatis.

**I**bi, Montes, dupliciter hoc intelligi potest, 1 vel de montibus in alto positis sine lignis agriculturae solum appropriatis, vel paltibus animalium, vel de montibus ad scindenda ligna deputatis, vel ad usum glandis legendae secundum naturam & proportionem terre: Et utroque modo sunt in usu communi & publico, non tamen debent esse omnes ad usum lignorum, nam sic fere totus terminus esset in usu montium, sed certa montium pars solet limitari ad usum glandis legendae, alia ad utilitatem pastuum ovium & aliorum animalium, alia vero ad agriculturam, ut sic omnibus prodesse possint, nam uni ligna vendunt, alii culturae intendunt, alii autem oves creant, vaccae & alia generis hujus vel alterius in paltibus publicis pascendo cum eis, sicut alii vicini & habitatores terrae, & in effectu sic voluit Avend. c. 4. prat. num. 9. vers. & hoc dupliciter, lib. 1. & diximus in l. 5. tit. 7. lib. 3. supra, ubi alia in propositum conducibilia retulimus: Et usus horum montium communis est & omnibus habitatoribus terrae ex l. 9. tit. 28. p. 3. quam corrupte allegat Avend. c. 12. prat. num. 1. lib. 1. & probatur etiam ex text. nostro, quem adhuc consideravit ipse Avend. in d. c. 4. prat. num. 9. vers. facta autem eod. lib. 1. & num. 4. versiculo. item fontes cum sequen.

Ibi, Terminos, ex hac copula, y, quae solet quasi semper inter diversis poni, ut per glos. & Doct. in l. 1. ff. de Just. & Jur. colligitur, terminos differre à montibus, ut per Avend. d. cap. 12. prat. vers. & dicta lex lib. 1.

nam

nam alia pars terrae publicae extra montes, est intra terminos civitatis vel villae, quae non est deputata alicui communi usui, & solet dici, terras baldias, in quarum usu & commoditate antiqua civium consuetudo sive in agricultura sive in pastu, sive in aquis dividendis sive in scindendis lignis servanda est; & ut elegantissime not. Bald. in c. 1. §. 1. de pace constan. col. 4. in parte sicut ab antiquo, ubi allegat text. in l. domini pradiorum. C. de agricol. & cens. lib. 11. & Avend. d. c. 4. prat. num. 9. vers. alia pars terra, cum sequen. ubi & inquit consuetudinem hanc esse omnino servandam, quod si consuetudo circa hanc non adit, tunc secundum Avend. ibidem vers. si vero non sit consuetudo, tunc adendum est Rex & ut ejus arbitrio fiat terrarum distributio, sicut in divisione aquarum statuitur in l. de usu ff. de var. & extr. cog. proprium enim Regis est pensare & statuere & quo ordine & qua cultura debent uti subditi sui in proprio commodum terrarum regni, ut l. 1. tit. 11. p. 2. & facta divisione Regia autoritate tunc ipsi vicini singulatim utentur terminis & terris in communem eorum utilitatem, ut per Avend. d. num. 9. vers. ideo cum sequen. quae divisio cum facta sit in qualibet civitate & villa & terminis suis, ipsi jam vicini consuetudine introductam habent modum & formam eis utendi, ad mutandum tamen hanc formam antiquitatis habitam: puta quod illud quod erat pastui appropriatum cultivetur, Regia autoritas esset necessaria, quae dabitur, si pro aliqua subveniendae necessitate esset culturae tradenda terra illa, aliter enim videtur quaedam nova impositio, quae non nisi autoritate regia fieri potest, sed si in vicinorum commodum resularet, ita ut sicut antea pastu illius terrae utebantur, nunc possint eam cultivare omnium consensu in publico concilio habito id fieri possit, dum tamen id in futurorum vicinorum damnus non resularet, neque infructifera remaneret in posterum terra illa licet securius esse judico & consulo ut indistincte in hac terrarum mutatione saltem de pastu ad culturam Regia procuretur & autoritas, ut vult Avend. d. c. 12. prat. num. 29. vers. si tamen, & ex dispositione l. 12. infra isto lib. & tit. deceptur.

Ibi, De los concejos, non intelligas quod haec sint propria conciliorum, vulgo, proprios de concejo, sed quia in usu publico & communi utilitate sunt constituta, ut ex l. 9. tit. 28. p. 3. colligitur, & ex dictis per Avend. c. 4. prat. num. 8. vers. item ex his cum sequen. lib. 1. nam quaedam bona sunt à legibus hujus regni deputata in usum publicum, quae ad utilitates particulares, & proprias singulorum devenire non possunt, ut est platea, via, defensa exitus, mercatorum forum, Ripae Rivi & flumina publica, montes, muri, & viae juxta muros, pontes, fontes publici & haec in communem & publicum usum vicinorum deputantur, ut colligitur ex l. 4. & 6. tit. 28. & l. 7. tit. 29. & l. 20. 22. & 23. tit. 32. p. 3. quaedam vero sunt bona ad universitatem pertinetia & non sunt in usu publico & sed

redditus talium bonorum servantur in communi, ut in casu l. 10. tit. 28. par. 3. & bona ista possunt mutari in alterum usum, & ad alias devenire personas, quod non est in praecedentibus bonis: Alia vero sunt bona appellata vulgariter, tierras baldias, quae sunt de termino & civitatis aut villae, non tamen sunt à lege deputata in certum usum, & in iis consuetudo utendi eis servabitur, ut dictum est, ita bona haec considerat Avend. dicto cap. 4. prat. num. 8. & 9. ubi & quibus modis & temporibus haec acquiri possunt, declarat, & ego dixi in l. 1. num. 60. cum sequentibus aliquibus tit. 15. lib. 4. supra quae hic repetere non est necesse, sed tantum scire quod de dictis bonis loquitur lex nostra.

Ibi, Sean luego restituídos, nam spoliatus est ante omnia restituendus, ut sunt jura vulgariter, & in legibus tit. 13. lib. 4. supra clarius id patet, & ex sequentibus quatuor legibus nostri tituli: Et cum procedere vult civitas spoliata vel villa aut vicus, secundum terminos l. 3. de Toledo infra isto titulo, forma ibidem assignata cum l. 4. sequente servanda est, & operabitur, ut illa forma servata executio sententiae restitutoriae fiat sine obstaculo & appellationis, ut ex l. 5. & 6. infra eodem constat quod non erit si forma illa non servetur, nam ea servata non exequetur sententia restitutoria parte condemnata appellante ab ea, nisi constitisset esse omnino appellationem frivolum, ex cap. appellationibus frivolis, de appellat. in 6. quod iudex bonus arbitrabitur secundum juris observationes, & dispositiones: limitabis & tamen legem nostram ut non procedat in casibus descriptis per Avend. cap. 12. prat. num. 29. vers. 1. cum duobus sequentibus libro 1. quas in progressu hujus tituli referam.

Ibi, No se puedan labrar, similes sunt text. in l. 6. & 7. istius tituli. & in l. sed & Celsus ff. de contr. empt. notat Rebuf. l. inter publica, pag. 155. de verborum signific. & hoc nisi populus crevit, & necessaria est agricultura pro frumentis colligendis, nam tunc arari poterunt, ut per Avend. dict. cap. 12. & num. 29. vers. & non omittam cum sequenti, dum tamen secundum eum ibi, interveniat & ad hoc Regis licentia quam tamen facilliter ipse Rex praestabit, si de necessitate & commo constiterit, & quod sine magno pastus incommodo fiat, ut inquit Mexia, in l. de Toledo in 9. fundamento 2. p. num. 54. & 55. & faciunt dicta per Suarez alleg. 15. in fi.

Ibi, Ni enagenar, alienationis verbum generale est, per text. in §. alienationis in auth. de non ali. re. eccle. col. 2. & latissima est ejus significatio, secundum Auchar. conf. 102. contra, col. 1. omnis enim contractus per quem dominium transfertur comprehendit, & sic usufructus, transactio, promissio, obligatio, pignoris datio ubi non est spes luitionis, ut haec & alia prosequitur singulariter Rebuf. in l. Alienationis verbum. 28. ff. de verb. sign. pag. 222. cum sequen. aliquibus.

11 Sed